

Universitätsbibliothek Wuppertal

Tabvlæ Geographicae Cl. Ptolem[a]ei

Mercator, Gerhard

Coloniae Agrippinae, 1578

Asiae tabula. VII.

Nutzungsrichtlinien Das dem PDF-Dokument zugrunde liegende Digitalisat kann unter Beachtung des Lizenz-/Rechtehinweises genutzt werden. Informationen zum Lizenz-/Rechtehinweis finden Sie in der Titelaufnahme unter dem untenstehenden URN.

Bei Nutzung des Digitalisats bitten wir um eine vollständige Quellenangabe, inklusive Nennung der Universitätsbibliothek Wuppertal als Quelle sowie einer Angabe des URN.

[urn:nbn:de:hbz:468-1-441](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:468-1-441)

ASIAE TABVLA VII.

Continet Hyrcaniam, Margianam, Bactrianam, Sogdianam, Sacas,
& Scythiam intra Imaum.

Ciuitates insigniores quibus caelestis obseruatio adhibita est, sunt.

HYRCANIAE.

	Maxima diei hora	Distant. horaria à merid. Alexand.
Hyrcania	14 $\frac{1}{2}$ $\frac{1}{4}$	2 $\frac{1}{2}$ $\frac{1}{2}$ versus ortum.
Amarusa	14 $\frac{1}{2}$ $\frac{1}{4}$	2 $\frac{1}{2}$ versus ortum.

MARGIANAE.

Antiochia Margiana	15 ferè	3 $\frac{1}{2}$ in ortum.
Nigca	15	3. versus ortum.

BACTRIANAE.

Characharta	15 $\frac{1}{2}$	3 $\frac{1}{2}$ $\frac{1}{2}$ in ortum.
Zaripsa	15 $\frac{1}{2}$ $\frac{1}{2}$	3 $\frac{1}{2}$ versus ortum.
Bactra	15	3 $\frac{1}{2}$ $\frac{1}{2}$ in ortum.
Maracanda	14 $\frac{1}{2}$ $\frac{1}{2}$	3 $\frac{1}{2}$ ferè in ortum.

SOGDIANAE.

Oxiana	15 $\frac{1}{2}$ ferè	3 $\frac{1}{2}$ $\frac{1}{2}$ ferè in ortum.
Maruca	15 $\frac{1}{2}$	3 $\frac{1}{2}$ $\frac{1}{2}$ ferè in ortum.
Drepfa	15 $\frac{1}{4}$	4 in ortum.
Alexandria vltima	15	4 $\frac{1}{4}$ in ortum.

SCYTHIAE.

Aspabota	15 $\frac{1}{2}$	2 $\frac{1}{2}$ $\frac{1}{2}$ ferè in ortum.
Dauaba	15 $\frac{1}{2}$	3 ferè in orientem.

ANNOTATIONES.

In Hyrcaniam.

SOCANDAE fluij ostia in long. 98 $\frac{1}{2}$ non 97 $\frac{1}{2}$ poni Maxera precedentis situs & vera litoris formâ requirunt.

Casape omnes collocant in lat. 40 $\frac{1}{2}$ sed sequentis sorbe positio 40 $\frac{1}{2}$ dar i postulat.

In Bactrianam.

DMARGIDI & Oxi mixtio in long. 116 $\frac{1}{2}$ Cusano & Nou. reliqui 116 tantum habent, at quia Choana opp. Bactriae intra Oxum locari debet, tribuenda est confluxui lon. 117. Latitudinè autem eius Nou. ponit 43. reliqui 44. multò nimium, conijcio, in 42. constituendum esse.

Artamis & Zariaspis confluxus ab omnibus in lat. 40 ponitur, id verò nimis propinquum est ipsorum fontibus, existimo deesse fractiones $\frac{1}{2}$.

Dargomanis & Ochi concur sui lat. 40 $\frac{1}{2}$ Nou. reliqui aut 40 $\frac{1}{2}$ tribuunt, atque hi quidem iusto minorem haud dubiè, propter nimiam Ochi breuitatem, ille autem vix sufficientem, opinor ergo 40 $\frac{1}{2}$ restituendum.

In Sogdianam.


ASogdij montibus ait Ptol. fluuios aliquot, quorum pleriq. sunt ignobiles, in Oxum desfluere, inter quos vnus Oxidnem lacum efficit.

In Scythiam intra Imaum.

ARhimmicis montibus desfluunt Rhimmus, & alij quidam in Rha fluuium procurrentes, alijq. in Daicem, qui in Norosso monte oritur, à quo & alij quidem laxarto se miscent. Ab Aspasijs montib. similiter & à Tapuris labuntur qui damin laxartum.

Charachartam 8. lib. vbi insignioribus ciuitatibus caelestem rationem adhibet Ptol. Villanouanum exemplar orientalia rem facit meridiano Alexandriae horis 3 $\frac{1}{2}$ $\frac{1}{2}$, quemadmodum hic supra signatum est. Idem videtur Mol. velle, licet mendo se hor. 3. min. 34. impressum sit, quum longitudo eius partium 111. non plene 3 $\frac{1}{2}$ horas importet. At Nou. & Cus. tantum habent tres horas, cum $\frac{1}{2}$. propius quidem veritatem, sed vereor ne id ex curiosi alicuius in alienum opus praesumpta licentia acciderit, qui ad numeros Ptolemaei. castigandam eam distantiam putauerit, quod certè vt in toto opere à nemine committèdum erat, à multò minus in 8. libro fieri conueniebat, vbi castigatius eliminandae geographiae fundamenta proponuntur, quae tametsi simul omnia vera esse nequeant, tamen quum in quibus sit error, & in quam partem, anteriora ne an consequentia peccetur, ignotum sit, intacta simul omnia relinquenda erant, ne fortè quod exactè obseruatum esset, corrumpere, & delectus eorum, quae posteriorum diligentia & ratiocinatione veriora inueniri possent, subuerteretur. Differentia non magna quidem est, verum haec tantum semel hic admonita volui, vt de similibus alijs idem iudicium fiat.

X







Medius meridianus 119. ad que reliqui inclinatur pro ratione parallelorum 41. 53.

Hanc regionem, in qua sunt Syebi montes & Anarei, Ptol. dicit humilem esse & fluminibus vriguam.

Statio aut receptaculum eorum, qui ad Seras mercatum proficiscuntur.

SACAEE nomades sunt, ciuitates non habent, nemora autem & speluncas habitant.

Vallis Comedorum qua alter ad Comedorum montem regionem ascensus est.

HYRCANI sive CASPII

MARIS PARS

Parthia

Aria

Paropanifus

Indiae

Gan gem pars



